Thalassius,

IN

NUPTIIS AUSPICATISSIMIS

VIRI

AMPLISSIMI & EXCELLENTISSIMI,

DN. ERNESTI Königs/

PHIL. & ARTIUM MAGISTRI,

Thorunensis item Gymn. RECTORIS meritissimi,

PRÆCEPTORIS & EVERGETÆ

ad rogum usq; obseqvioso cultu mactandi,

Cum

VIRGINE

LECTISSIMA & VIRTUTIBUS SEXUM HUNC DECENTIBUS MAXIME CONSPICUA

DOROTHEA HEISELMEJERIA,

IV. Calendarum Martii celebrandis,

in bonæ mentis tesseram exhibitus,

ab

Auditoribus Supremi Ordinis.

THORUNII *excudit* JOH. COEPSELIUS, *Gymnasii Typographus.* *Anno* M. DC. LXIX.

Allusio ad Lectiones Politicas.

ESse hominem, dictis, animal sociabile nuper;
Nunc itidem factis, consociande probas.
Ergò Maritalem socium præmitte Paterno;
Ut Patri similis nascier inde qveat.

JOACHIMUS GERNETH,
GOLNOVIA-POMER.

QVo qvid proximius simplex accedit ad unum,
Hoc mage perfectum prædicat esse Sophus.
At tu principium, Neonymphe, negare videris:
Ergo qvid contra disseruisse juvat?

CASPARUS LÜBBECIUS,
GOLNOVIA-POMERANUS.

SIc juvat innumeros scire atqve evolvere casus!
Pro vigilante DEUS dona labore refert.
En Theodoron habe, Cœli qvod gratia præbet:
Hæc porrò servet Teq; Tuamq; precor.

MART: ELSENERUS, *Bublic. Pom.*

QVod domus infaustis præstat sine luce colonis,
Id sine dilecta conjuge vita foret.
Ritè beatus eris, nocturnas qvando tenebras
Ædibus ejiciet lecta virago Tuis,

JOACHIMUS Schumacher/ *Jul. Pom.*

Dum

DUm nunc festivo celebrarunt carmine tædas
Musarum pulli, nec tacuisse volo.
Nestoris ut seclum, tecumq; Lavinia cernat,
Sciluri sobolem, pectore & ore precor.

PETRUS WOIDIUS, *Lesnâ Pol.*

Dorothea Heiselmejerin
Durch Buchstaben-Wechsel d in t verwandelt)
Meine rohte Ros' heilet ja.

KAn kein Machaon gleich vertreiben Seine Schmertzen/
Herr König/ die Er trägt verborgen in dem Hertzen/
Die LIEBSTE wird es thun: Sind sie auch noch so groß;
Es heilet (saget Sie) ja meine rohte Ros'.

Salomon Opitz/ *Lesnâ Polon.*

ΠΑρθένον αἰδοίην γαμέεις, πολυφίλτατε Νύμφε
Συγχαίρω Σοι, καὶ εὔχομαι ἐκ καρδίης.
Πάμμακας ὥστε βίον διάγῃς ξὺν μνηστῇ ἐσαεὶ
Καὶ παῖδας παίδων εὐφροσύνως ἰδέῃς.

Johannes Schuppelius, *Mega Tschirnâ Sil.*

Τὶς φίλε Νύμφε γαμεῖν Νύμφην κωλύσσειε τοίαν
Εἴπερ δῶρ' ἀγαθοῖς θεῖα δίδωσι Θεός
Εὖγε βιῶτε βίον δολιχόν! Σὺ δὲ Μῶμε σιωπά.
Ἄξιος ἔστιν ἄναξ τοῦ ὑαλέου στεφάνου.

Gothofredus Klugius, *Lesnâ Polon.*

EPI-

EPIGR. ad NOMEN SPONSÆ alludens.

PRo donô multis reddetur inutile pondus,
Pondus qvam donum dum mage respiciunt.
Hoc qvare metuas non est, Clarissime Sponse,
Nam recipis donum, qvod DEUS ipse dedit.

DANIEL Gegentwasser/ *Banoâ Pomer.*

ERNESTUS Sophiæ praxin profitetur alumnis,
Illustratq; suis civica jura notis.
ERNESTUS celebrat noster nunc Cypridos ignes,
Privatæ Œconomus praxeos autor erit.

PETRUS Frantz/ *Elbingâ Boruss.*

שָׂמוֹח שָׂמַחְתִּי הֶחָתָן
עַל־הַטּוֹב שֶׁאֵל לְךָ נָתַן׃
בָּרַכְנוּ טוֹבִים כַּפַּיִם
שְׁטַחְנוּ אֶל שֵׁם שָׁמַיִם׃

Ambrosius Marthius, *Cib. Pan.*

M. ERNESTUS König/ Rector, nunc. D. Sponsus,
J. Dorothea Häselmäuerinne/ Sponsa.

Per Num. Trig: 5795.

PAx thalami fugiat vos, & benedictio JOVÆ:
Duret sæva & Eris visitet ipsa torum.

DANIEL GREWERUS, *Zellin. Neo-M.*
Rector

REctor Gymnasii, *nostræ dum sis gener Urbis*
Rectori, *id Pindo gaudia mille creat.*
Te beet immensus supremi Rector Olympi,
Inq; novum mittat mollia fata thorum.

ANTONIUS DONEPE, *Thorunens.*

GAudia mille precor, nectenti casta sacrati
Vincula conjugii, qveis bona qvæq; fluant;
Et cum pax terras passim nunc publica linqvit,
Priva velit semper, pax habitare thoro.

Bartholomæus Henning, Heiligenb. Pruss.

V*Ivite felices, Neonymphi, Nestoris annos:*
Ducatis placido candida vela salo.
Lenta dies thalami sanctissima fœdera rumpat;
Mutuus ornet amor connubiale jugum.

MARTINUS Gerstman/ *Thorun. Boruss*

REX sociam thalami jungit sibi, plaudite Cives!
Regia jam nunqvam stirps moritura viret.
Floreat! hæc voveo, nec inania Vota videntur:
Pronuba nam Venus est; vincula Juno regit.

ANDREAS Brakkenhausen/ *Elb. Prut*

XAIPΩ

ΧΑΙΡΩ ΕΚ ΚΡΑΔΙΗΣ ΑΡΧΑΙΣ, ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣ ΕΥΧΑΣ
ΩΣ ΚΕΝ ΔΗΘΑ ΜΑΚΑΡ ΖΗΣ ΜΕΤΑ ΤΕΥ ΑΛΟΧΟΥ.

JEsV ConIVgIIs ADsIs eX aXe noVeLLIs
AVspIce te feLIX et DVCe LeCtVs erIt.

Sic gratulab.

JACOBUS Zukker/ *Serens. March.*

SIdera qvot Cœlum pascit, qvot volvit arenas
Vistula, conjuncto tot dulcia gaudia Sponso
Apprecor ex animo: Thalamus Christo Auspice perstet
Isq; novis mittat cœlestia munera tædis.

Casparus Pharetra, *S. Sil.*

ACcipe, Musarum Decus, accipe vota sereno
Vultu, qvæ Numen jusserit esse rata.
Longævam vivas dulci cum Conjuge vitam:
Adsit Eros Thalamo, dura facessat Eris.

PAUL Hoffmann/ *Silent. March.*

F*Esta Hymenæa parat* RECTOR: *Nos vota paramus,*
Ut dono tædis adsit Iova suo.
Altipotens curat, qvem vexit ad æthera virtus,
Non igitur poterit dememinisse Tui.

Michael Raddæus, *Culczigl. Pomer.*

Ernestus König
Durch Buchstaben Wechsel
Uns krönet Sieg.

DJe mit Felsen-fester Treu Ihre Liebe vor bepfählen /
Ehe Sie sich in die Rey der Vermählten lassen zählen /
Selbte müssen ewig siegen / wie Sie / Hoch-verliebtes
Paar/
Diß anitzt auch kan vergnügen: **Sieg uns krönet
immerdar.**

Melchior Friederich Feyer/ von
Lignitz auß Schlesien.

ADverso vento patiens fortisq; videris;
Fausto, non nimium vela tumere sinis.
Nunc Tibi cum donum doni det Maximus Auctor,
Ob Donum poteris lætior esse DEI.

Joach. Ernest. Clepelius, *Gedano Bor.*

MAGISTER ERNESTUS CŒNINGIUS
per anagramma
SIC NE EST? TU REGIS IGNEUS AMOR?

REX *regit, ast regitur* Theodoræ *rursus amore*:
SIC NE EST? IGNEUS Ô TU REGIS omnia
AMOR:

Tu

Tu regis omnia Amor, REGEM *ſimul &* THEODORAM:
Ergò ſit illorum non periturus amor.

Johannes Caſpar. Kepplerus, *Lig. Sileſ.*

DUm ſacra concelebras thalami, præclare MAGISTER
Matris & Jdaliæ munera ritè petis.
Adſum fauſta Tibi dicturus: duret in annos
Dulcis amor: nunqvam fiat amaror amor.

PAULUS BRAMIUS, *Crucio Tranſ.*

C*Onjugium perhibent ſpinis ſimile eſſe; Dolorem*
Hæ qvia parturiunt; Illud amara ferat.
Sit: Qvamvis lædant ſpinæ, tamen adſtat odoris
Plena frutex, foliis condecorata ſuis.
Hancce Tui fruticem thalami riget almus Iova,
Venturo ut poſſis Vere videre roſas.

HENRICUS FIBINGIUS, *Suidnic. Sileſ.*

